



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

Caput decimum nonum. Jesus unctus à Deo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

*juscemodi à magnifica gloria, Hic est Filius
meus dilectus, in quo mihi complacui; ipsum
audite.*

CAPUT XIX.

Jesus unctus à Deo.

PSALM. 2. 2. Adiititerunt reges terra, &
Principes convenerunt in unum, adversus Do-
minum, & adversus Christum ejus.

Psalm. 44. 8. Dilexisti iustitiam, & odisti
iniquitatem: propterea unxit te, Deus, Deus
tuus, oleo latitia pra confortibus tuis.

Ia. 61. 1. Spiritus Domini super me, eo quod
unxit Dominus me.

Thren. 4. 20. Spiritus oris nostri Christus
Dominus captus est in peccatis nostris: cui di-
ximus, In umbra tua vivemus in gentibus.

Luc. 4. 17, & seq. Et traditus est illi liber
Isiae Propheta. Et ut revolut librum, inven-
nit locum ubi scriptum erat, Spiritus Domini
super me, propter quod unxit me Ca-
pit autem dicere ad illos, Quia hodie impleta
est hac Scriptura in auribus vestris.

Act. 2. 36. Certissime sciat ergo omnis do-
mus Israël, quia & Dominum cum & Chri-
stum fecit Deus hunc Iesum quem vos crucifi-
xistis.

Act. 4. 26. 27. Adiititerunt reges terra, &
principes convenerunt in unum, adversus Do-
minum, & adversus Christum ejus: conven-
tient enim vere in civitate ista adversus san-
ctum puerum tuum Iesum quem unxit, He-
rodes & Ponsius Pilatus.

Act. 10. 37, 38. Vos scitis quod factum est
verbum per universam Iudeam: incipiens enim
a Galilaea, post baptismum quod predicavit Jo-
hannes, Iesum a Nazareth, quomodo unxit
eum Deus Spiritu sancto & virtute.

Ebr. 1. 8, 9. Ad Filium autem, Thronus
tuus Dens in seculum seculi; virga agitatis;
virga regni tui: dilexisti iustitiam, & odisti
iniquitatem: propterea unxit te, Deus, Deus
tuus, oleo exultationis & participibus tuis.

CAPUT XX.

Jesus jejunat & esfuit.

PSALM. 34. 13. Humiliabam in jejunio
animam meam.

Psalm. 68. 11. Et operui in jejunio ani-
mam meam.

Psalm. 108. 24. Genua mea infirmata sunt
à jejunio.

MATTH. 4. 2. Et cum jejunasset (Je-
sus) quadraginta diebus & quadraginta no-
tibus, postea esfuriit. Et Luc. 4. 2.

Matth. 21. 18. Mane autem revertens (Je-
sus) in civitatem esfuriit. Et Marc. 11. 12.

CAPUT XXI.

Jesus Verbum Dei.

PSALM. 106. 20. Misit Verbum suum,
& sanavit eos, & eripuit eos de interditionibus
eorum.

Isa. 55. 10, 11. Quomodo descendit imber
& nix de celo, & illuc ultra non revertitur,
sed inebriat terram, & infundit eam, & ger-
minare eam facit, & dat semen ferenti, & pa-
nem comedenti: si erit Verbum meum quod
egreditur de ore meo, non revertetur ad me

JOH. 1. 14. Et Verbum caro factum est,
& habitavit in nobis.

Apoc. 19. 11, 13. Et vidi celum aperium,
& ecce equus albus, & qui sedebat super
eum vocabatur Fidelis & Verax &
vestitus erat ueste aspersa sanguine, & vo-
catur nomen ejus, Verbum Dei.